

loca non habeantur, vel in quibus ad ea difficilis sit accessus, visitationes injunctæ in aliud pium opus a Superioribus Ecclesiasticis, aut a Missionariis possint immutari. Tertio, ut rationabili de causa, reliqua pia opera in memoratis literis apostolicis injuncta, in sacrarum precum recitationem, vel in aliam religiosam exercitationem iidem Superiores, aut Missionarii valeant commutare. Firmo tamen remanente pro pueris, qui nondum ad sacram communionem admissi sunt, onere confessionis sacramentalis peragendæ, et pro adultis onere confessionis, atque Eucharisticæ Communionis.


Datum Romæ ex Ædibus Sacræ Congregationis de Propaganda Fide die et anno quibus supra.

L. + s.

(Signatus) JOANNES BRUNELLI,

*Archiepiscopus Thessalonicensis Sacrae
Congregationis de Propaganda
Fide Secretarius.*

(Pro Apographo.)



Canonice Secretarius.